año 1625

Ayuntamiento de Madrid

eôrum, reminiſcámini, quia ego dixi vobis.

FERIA VI.

Poſt Octauam Aſcenſionis.

Euangelium Dominicæ præcedentis. Cùm vénerit Paráclitus.

IN VIGILIA

Pentecoſtes.

Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndùm Ioánnem.

Cap. 14. IN illo témpore: Dixit Ieſus diſcípulis ſuis: Si dilígitis me, mandâta mea ſeruâte. Et ego rogâbo Patrem, & álium Paráclitum dabit vobis, vt máneat vobíſcum in ætérnum, Spíritum veritâtis, quem mundus non poteſt accípere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcêtis eum: quia apud vos manêbit, & in vobis erit. Non relínquam vos órphanos: véniam ad vos. Adhuc módicum: & mundus me iam non videt, Vos autem vidêtis me: quia ego viuo, & vos viuêtis. In illo die vos cognoſcêtis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandâta mea, & ſeruat ea: ille eſt, qui díligit me. Qui autem díligit me, diligêtur à Patre meo: & ego díligam eum, & manifeſtâbo ei meipſum.

Museo Municipal de Madrid N.º 20174

Ayuntamiento de Madrid